



Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513

Ca. vii. Que sit conte[m]ptio sacrame[n]ti militaris/ & q[uod] sine eo
militare no[n] lic[et].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

duro tectus torio: missilib⁹ eorū leua obiectans ancillia: & i eos
 contorquens nunc spicula/nunc mucronē exerēs: sic fugiētū ve
 stigis iheribat vt p̄meret pede pes: & cuspidē cuspis. & v̄nbo
 v̄mbone repelleret. Niuiū itaq; collē ingressus vastabat oīa: &
 expeditione in bienniū prorogata reges cepit: & capita eorū
 regi q̄ eū miserat p̄sentauit: & vsq; ad miserationē puulorū oēm
 masculū qui inueniri potuit interficiens in ore gladii pacauit p̄
 uinciam. Legem statuit: vt quicūq; britonū exinde citra termi
 num quem eis prescripsit fossam scilicet offe cum telo inuenire
 tur/ei ab officialibus regni manus dextera p̄scideret. Adeoq;
 virtute ducis tūc cōfecti sūt britōes: vt fere gēs tota deficere vide
 ret & ex indulgētia iā dicti regis mulieres eorū nupserūt anglis
 Vides ne q̄tū electio ducis & exercitiū militie iuuetur (p̄ferat?
 ¶ Que sit conceptio sacramenti militaris: & q̄ sine eo milita
 re non licet.

Capitulum. VII.

Verū tamen citra religionem sacramenti ex atiqua le
 ge nemo militie cingulo donabatur. Nā sicut ap̄d iur
 lium frontinum legitur lucio flacco & gayo varrone
 cōsulis milites primo iureiurādo facti sunt. Antea
 enim sacramēto tātūmodo a tribunis rogabant. Ceterū ipi inf
 se coniurabant se fuge atq; formidinis causa nō abituros: neq;
 ex ordine recessuros: nisi teli petēdi: hostis ve feriēdi causa: aut
 ciuis seruandi. Et hoc dicebat militie sacramētum qd & xp̄ia
 nissimorū p̄ncipū auctoritate firmatur & vsu. Cōceptio vero iu
 ramenti teste vegetio h̄mōi est. Iurant equidē milites p̄ deū &
 xp̄m eius & spiritū sanctū / & per maiestatem principis que fm
 deū h̄māno generi diligēda est & colēda (Nā cū quis legitimus
 accipit p̄ncipatū tanq̄ presenti & corporali deo fidelis est ei p̄stā
 da deuotio: impēdēdus puigil famulatus. Deo enī vel priuat?
 vel militis seruit: cū fideliter eū diligit qui deo regnat auctore)
 Iurant inq; se strēnue facturos oīa: que p̄ceperit p̄nceps: nūq; de
 serturos militiā: v̄l mortē recusaturos pro republica cuius p̄scri
 pti sunt militie. Cū vero hoc p̄stiterint iusiurandū: cingulo mili
 tari donant & p̄uilegiis. Adeoq; obtinuit vt electio & sacramē
 tum militē facerēt: vt sine electione nemo cōscriberet: aut iura
 ret: sine iuramento nemo militis nomē aut officiū sortiret. In
 libro officiorū marcus tullius refert: qd p̄pili⁹ impator tenebat p̄
 uinciam in cui⁹ exercitu fili⁹ cathonis tiro/militabat Cū aut p̄pi
 lio videret vnā dimittere legiones: cathonis quoq; filiū q̄ in ea
 de legiōe militabat dimisit. S; cū amore pugnādi i exercitu res
 p̄ ii

li. iij. c. f. i. p̄n.

Militie sacm

Pompilius.